UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Iure fisci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

eſt, an habeat vſumfructū in aduentitijs. Bald. in auth. excipit.
C. de bo. que liber. dicit, quod pro hoc no. per Gul. in verſ. quero
quid de filio. ſi filius captus ab hoſtibus fecit teſtamentum, & de
cedat ante patrem reuerſum, an ipſo reueniente rumpatur teſta-
mentum. adde Bar. in d. l. ſi is qui pro emptore. in ver. ſecundus
caſus. & Bal. idem tenet hic.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ L. ſi is, qui pro emptore. Et ibi di-
ctum eſt.
f ALEX. ¶ Breuiter dico contrarium videtur tenere Bal. in l.
ſi ademptis. ſ. eo. Et adde quod Bal. in l. pe. ſ. de cap. videtur te-
nere idem quod Bar. hic per illum tex.
g ALEX. ¶ Iſtud rebanniri. Uide Bal. in l. non ſolum. §. ſi. ff. de
proc. & Bar. in l. j. §. ſi quis vltro. de queſtio. & Bal. hic, ad finem
Et hic adde Bald. in l. ſi qua pena. ad fin. de his, qui ſunt ſui vel
alie. iur.
h ALEX. ¶ Statuta ciuitatis. Utrum per ſtatuta ciuitatis poſ-
ſit fama reſtitui, adde Bar. in d. l. j. §. pe. & l. infamem. & quod ibi di
xi. ff. de pub. iud. & vide quod no. bal. in l. generalis. ſ. eo.

BARTOLVS

Ad Decimum Lib. Cod.

Animus gaudens Etatem flo-
ridā facit:
Spiritus triſtis exiccat oſſa. Prouer. xvij. Cum
igitur diu fuerim graui corporis infirmitate gra
uatus, & propter hoc a conſueto gaudio ſpecu-
lationis doctrine ceſſauerim, cognoui quod in me
vires corporis non poterant reſtaurari, niſi aliqualiter efficere-
tur animus meus gaudens. Hoc autem conſideraui facile eſſe poſ
ſe, ſi auditoribus meis, quibus propter infirmitatem ſeruire non
valui, aliquid vtilitatis afferre poſſem, legendo id, quod eis eſſet
acceptum, mihique & eis nouum, & per conſequens delectabile.
Ideoque tres libros Codicis legere deſtinaui, vbi multa ſunt inco-
gnita: & per antiquos Doctores neglecta, ſecundum vſum tamē
frequentia. Hanc igitur lecturam quilibet videns, ſi in aliquo
non bene dictum reperiet, humiliter corrigat, in his que bene di-
cta ſunt, mecum Deo gratias agat.

In nomine Domini Ieſu chri
ſti, Amen. Quia vbi Chriſtus non eſt fundamentum, ibi nullius
a boni operis ſupereſt edificium.[a] j. q. j. cum Paulus dicat, vt i-
bidem patet, & j. ad Cor. iij. Fundamentum aliud nemo poteſt po-
nere, preter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus. Ideo in prin-
cipio trium librorum, & lecture, eius auxilium inuoco, sub cuius
ditione omnia ſunt poſita, que ſub aſcendente, & deſcendente ſole,
ſunt conſtituta, vt in auth. vt omnes obed. iud. prouin. col. v. circa
principium, ver. hec conſiderantes. hoc premiſſo venio ad Rub.

ADDITIO.

a ¶ Edificium. Et adde quod in omni opere principiū, melius me
dium, & optimum finem, vt in auth. quomodo opor. epiſc. in prin.
& Bar. in prima conſt. Digeſto. in prin.

De iure fiſci. Rubr. I.

1 ☞ Ius publicum dicitur quod omnibus patet, & quod ad pu-
blicam burſam pertinet.
3 Reſpublica, & fiſcus, an ſint idem, & nu. 7. 9. & 10.
14 Reipublice nomine continentur omnia que ad iuriſdictiones, &
honores imperij pertinent.
15 Reſpublica habet duo patrimonia.

¶ Gl. rubricam ad precedentia duobus modis continuat. Pri-
mo, quia occaſione criminum, de quibus dictum eſt ſupra precedēti
libro auget fiſcus, ideo poſuit hic rubricam. de iure fiſci. Sed con
tra hanc continuationē opp. primo. nam propter delictum minui
tur fiſcus l. ſi quis ingenua. §. in ciuilib. ff. de cap. & poſtli. reuer.
1 † Sol. Reſpublica in vniuerſo propter diſſenſiōes & crimina dimi
nuitur, burſa autem cōmunis, que eſt idem quod fiſcus augetur,
vt infra dicam. Secundo continuatur ſic, Dictum eſt ſupra de iu
re publico circa crimina, nūc de iure publico circa bona fiſco qrē-
2 renda, ſed eſt differentia, vt in gl. vult dicere, † quia in precedenti li
bro ius publicum aſſumitur, ſcilicet quod communiter omnibus pa
tet, quia omnes poſſunt de publico crimine accuſare, ſed hic acci
pitur publicū quod ad publicā burſam ptinet. Azo in ſumma iſtius
tit. continuat alio modo. Dictum eſt ſ. in precedentibus de iure
priuatorum, nunc videndū eſt de iure fiſci. Circa rub. iſtam que-
3 dam ſunt querenda. † Primo quero, quid ſit fiſcus. Pro cuius de-
claratiōe primo videndum eſt an Reſpublica & fiſcus ſint idē. Et
videtur quod ſic. Primo, quia fiſcus ſuccedit loco Reipublice Ro
manorū, vt hic dicit gl. & ſic videtur idem fiſcus & Reſpublica, &
vide hic gl. que incipit, occaſione. Pro hoc videtur tex. in l. inter
publica. §. j. ff. de ver. ſig. gl. expreſſius. ff. de bo. poſſ. l. non eſt am-
bigendum, in prin. Preterea procurator fiſci, & procurator Rei-
publice videntur idem l. ij. ſ. de mo. mul. facit ff. de offici. aſſeſ. l. fi.
a vbi de hoc. In cōtrarium, quod Reſpublica & fiſcus non ſunt idem,[a]
b videtur tex. ff. qui po. in pig. ha. l. ſi pignus,[b] de edil. edi. in l. j. §. il-
lud de bo. poſ. l. non eſt ambigendum, de manu. l. iiij. §. nihil. & ff. de
iur. fiſ. non intelligitur. §. ſi in locis. ff. de leg. l. ſciendum. in princi.
c Inſt. de re. diui. §. theſauros. circa fi.[c] † Solu. dicendum eſt quod
4 Reſpublica[d] dz accipi quatuor modis. Primo, pro toto vniuer-
d ſali Imperio. Secundo, pro Republica Romanorū. Tertio, pro
Republica cuiuſlibet ciuitatis. Quarto, pro Repub. cuiuſlibet
e municipij, vt no. in auth. de he. & fal. in prin. coll. j.[e] primo modo ac
cipimus Rempub. pro toto vniuerſali imperio, & tunc verū eſt quod
fiſcus & Reſpub. ſunt idem, ſicut ſpecies eſt idē cum ſuo genere.
per l. ſi quid earum. §. interemptū. ff. de leg. iij. nā poſito fiſco, po-
nitur & Reſpub. non ecōtra, ſicut poſito homine ponitur animal
non econtra. Ita debet intelligi hec gl. & gl. in d. l. non eſt ambigē
7 dum, & l. inter publica. §. j. cum ſimi. & per hoc patet † quod proce
dit libellus ſi quis ageret nomine vniuerſali Reip. ſicut ſi ageret
nomine fiſc. l. ij. in prin. ff. eo. vbi dicitur agi nomine. Reipub. & l. ſi
ſcus. la ij. in prin. in gl. j. eo. tit. & l. ſi ſeruus plurium. §. ij. in gl. ſuper
8 ver. vt ei. de leg. j. † Si vero accipimus Rempubli. ſecundo modo
ſcilicet, pro Repub. Romanorum, & tunc hoc poteſt conſiderari
inquātum Reſpub. Romanorū, prout erat ab initio quā regimen
vniuerſale erat apud illam Rempub. tunc idem quod ſ. proxi. di
9 xi. † Si vero intelligimus pro Repub. Romanorū, hoc eſt pro iu
ribus cōpetentibus illi ciuitati Romane, prout eſt diſtincta ab
Imperio Romano vniuerſali, vt in iuriſdictiōe quam habebat in
tra cēteſimū lapidē, vt l. j. §. cum vrbem. ff. de offi. prefec. vrb. & in a
lijs iuribus que intra territorium ſuum habet, tunc Reſpu. Ro
10 manorum, & fiſcus non ſunt idem, vt d. l. ſciendū. ff. de leg. † Si vero
accipimus tertio & quarto modo, ſed pro Republica alterius ciui-
f tis, vel municipij, ſine dubio non eſt idem cum fiſco,[f] vt apparet ex
l. j. ſ. de bo. vacan. & ex alia rubrica quam nos habemus j. de iu.
Reipub. que differt ab iſta. Differt ergo fiſcus a republica vniuer
13 ſali, vt ſpecies a ſuo genere. vt ſ. dixi. † Uidēdum eſt ergo quid ſit
fiſcus in ſpecie, dicit gl. quod fiſcus eſt imperialis, vel camera Im
perij. Hoc ſcilicet, multipliciter pōt intelligi, vel pro loco ipſo vbi
eſt domus, que vocatur camera fiſci, ſicut appellatur ius locus in
quo redditur, quod eſt falſum, quia eſt extra propoſitū noſtrum,
quia hic loquitur de acquiſitione bonorum fiēda per fiſcum. Quare
dicitur ipſe &c. vt ff. de iuſt. & iur. l. pe. vel proprie loquēdo appella
tur imperialis camera, quicquid ad cōmodum pecuniarium Im
perij pertinet, probatur in l. ſed & Celſus, in prin. ff. de contrahē.
emp. ſicut menſa dicitur ipſa negotiatio magis, quam locus, vbi
menſa tenetur, vt l. cum pater. §. menſe. ff. de leg. ij. & l. fi. de inſtito.
14 † Alia vero, que ad iuriſdictiones, & honores Imperij pertinēt, &
non ad commodum pecuniarium, & burſale, continentur nomine
Reipub. & nō fiſci, vt d. l. Celſus. in prin. & l. ij. §. hoc interdictū. ff.
g ne quid in loco publico.[g] Ex † predictis probatur quod idem eſt
16 dicere, procurator fiſci, & procurator camere, & ita vtitur curia Ro.
17 † Quero nunquid camera fiſci & Imperatoris ſint idem. Gl. dicit
quod non, licet eadem priuilegia habeant. Cōtra hoc videtur ca-
ſus in d. l. ij. §. hoc interdictū, ibi, res enim. ff. ne quid in loco, publi
co, & in l. bene a Zenone. C. de quadrien. preſc. Reſp. aut accipimus
cameram Imperatoris, prout eſt Imperator, & ita loquuntur cō-
traria. Aut prout eſt priuatus, & tunc differt camera Imperij, a
camera ſua. Et ita loquitur hec gl. & ideo dicitur alius procura-
18 tor Ceſaris, & alius procurator fiſci, vt in hac glo. † Quero, vnde
fiſcus dicitur. Gl. dicit quod dicitur quaſi fixus, id eſt, firmus, quia
h ſemper eſt diues, & ſoluendo[h]. Uel dic quod idem eſt quod ſaccus,
quod declara, vt in gl. in l. in prouincijs, ſuper verbo, fiſcalis. j. de
19 nume. & actua. li. xij. † Quero, quid differt hic titulus a ti. de priui.
fiſc. Dicit gl. quod hic tractatur de iure communi, & ſpeciali fiſci
ibi de communi tantum. & in Summa Azo. dicitur idem. ſcilicet
de ſpeciali tantum. Ita habent quidam hic in gl. quelibet lectu-
ra poſſet ſuſtineri recte intelligendo, tamen ex dictis glo. non po-
teſt haberi intelectus. Sciendum eſt ergo quod fiſcus habet que
dam iura ſingularia, adeo quod alij habere non poſſunt, vt cum
tractamus de procuratore fiſci, hoc eſt ſingulare in fiſco, quia

nullus alius habet procuratorem fiſci,niſi fiſcus,cū tractamꝰ de
cauſis transferendis in fiſcū,vt ff.eo.l.j.⁊ quaſi per totum iſtum li
brum.Quandoqꝫ habet quedam iura ſingularia, ex ſingulari ⁊
ſpeciali conceſſione Principis cōcedētis hoc fiſco,⁊ nō aliſ,vt l.j.
j.eo.ti.⁊ in multis alijs legibus,vt l.j.j.de ven.re.fiſc.cum pri.com
mu.⁊ de iſtis loquitur hec rub.⁊ ſequentes,tres tituli. Quedam
ſunt iura que competunt fiſco ⁊ alijs,tm̄ fiſcus habet priuilegiuꝫ,
vt alijs preferatur,vt in actiōe perſonali,⁊ hypothecaria,⁊ ſimil.
⁊ de hoc loquitur ti.de priu.fiſci.Similis differentia eſt inter tit.
de iure dot.⁊ ti.de priui.dot.Hoc ergo vult dicere gl.qḋ hic loqui
tur iure cōmuni ⁊ ſpeciali,hoc eſt,de iure communi, quod compe
tit fiſco,quod alteri non cōpetit,nec pōt congruere , ⁊ de ſpeciali
quod competit fiſco tm̄,quod poſſet alteri congruere,tamen non
placuit Imperatori concedere,⁊ quod ſequitur ibi,de iure cōmu
ni tantū,ſubaudi,in quo fiſcus eſt priuilegiatus, vt ſupra dixi. ſi
habes ibi,de ſpeciali tantū expone,id eſt,de priuilegio qḋ fiſcus
habet in iuribus cōpetentibus ſibi ⁊ alteri.Quero,in quo differt
hic ti.a ſequentibus,cū in hoc tractatur de iure cōmuni fiſci.Re
ſpon.hic ti.eſt generalis,ſequens vero ti.ſpecialis,vt in gl.habes,
⁊ bene,⁊ ita declara hanc gloſſam.

ADDITIONES.

a ¶Non ſunt idem.adde Bal.in l.conſtitit.ſ.de pe.iud.qui ma.in.
eundem.l.properandum.ſ.de iud.per illum textum,⁊ Bal.in l.ſi
pignus.ff.qui pot.in pig.habe.⁊ Jac.rebuf.hic,nume.ij.⁊ ibi di-
xi in verſi.publico.

b ¶L.ſi pignus.⁊ ibi ad hoc vide omnino Bald.in l. ſi hypothe-
cas.ſ.de remiſſio.pigno.

c ALEX. ¶Circa fi.in l.conſtitit,de pe.iud.⁊ ibi duo verba p bar.
⁊ dicit badl.in l.properandum.ſ.de iud.ꝙ ſola ciuitas Romana
habet fiſcum,⁊ non alia.per illum tex.⁊ vide bal.in proe. Digeſt.

d ¶Reſpublica quomodo accipiatur dic vt per iſtum no.tex. in l.
cum rem.ſ qui po.in pig.hab.Spe.in ti.de reſti.in integ.§.ij. ver.
idem quoque iur.el ij.

e ALEX.¶†Reſpublica quomodo accipiaᷓ in dubio,an intelli-
gatur de romana vide quod no.bal.in l.ij.C.commu.de vſuca.Et
an ciuitas dicatur reſpublica,vide bal.in l.ij.in fi.ſ.de ſen.que ſi-
ne cer.quan.profe.per bal.in proe.Digeſt.circa prin.
ALEX. ¶Fiſcus ⁊ reſpub.an idem ſint,adde bal.in rubr. C.de
her.ven.⁊ in c.j.de feu.Marchie,vbi dicit ꝙ reſpublica eſt prout
vita in corpore humano, fiſcus eſt prout ſtomachus in homine,
quia eſt ſaccus ipſius reipub.Et in quo differant,vide bal.in l. j.
in fi.de pena iud.qui male iud.⁊ in l.j.de her.vel actio.vend.Ciui-
tas a fiſco,in quo differat barto.l.item veniunt.§.ait ſenatus. de
peti.her.in j.nota.⁊c.⁊ Cy.in l.mancipia.de ſer.fug. vbi dixit per
illum tex.quod fiſcus ⁊ reſpub.idem ſunt,⁊ idem bar.in d.l.j. de
pena iud.quod limita,vt ibi per eos,⁊ Fulg.in l.mancipia. ⁊ vide
bar.in l.licitatio.§.fiſcus de publicanis,vbi fiſcus non tenetur ſol
uere vectig.reſpub.ſic,⁊ per Cy.in proe.Digeſt.in prin. vbi dicit
quod non ſunt idem numero,ſed quod habent idem priuilegium
ita ſequitur ibi Ang.

f ALEX.¶†Non eſt idem cum fiſco,⁊c.vide bar.in d.l.j.j.de bo.
11 *vacan.L.j.Uide que ibi dixi in apoſtil.*bal.in rub.C.de priuil.
fiſ.dicit ꝙ fiſcus eſt ſaccus Ceſaris,vel regis, vel reipublice, ⁊ qḋ
municipia nō habent fiſcum,nec epiſcopatus eccleſie habet fiſcū
⁊ ibi ponit que ſint Ceſaris de per ſe,⁊ que fiſci.⁊ bar.in l. itē ve-
12 niūt.§.ait ſenatus.ff.de peti.her.†⁊ ideo ciuitas non habet taci-
tam hypothecam,ſicut fiſcus,ſecundum gl,⁊ bar.in l.ij.C.in qui.
cau.pig.taci.contrah.⁊ in l.ſimile.ff.ad munici.

g ALEX.¶†Bal.in l.j.in quarta.q.de her.vel actio.ven.dicit qḋ
15 reſpublica habet duo patrimonia,vnum vocatur fiſcale,⁊ alterū
reipublice.

h ¶Soluendo.adde bal.in l.j.in fi.ſ.de her.vel actio.vendi.

LEX I.

1 ☞Factum legitime,ex ſuperuenienti cauſa non reuocatur.
2 Fiſcus habet bona debitoris tacite obligata ex cōtractu,vel qua
ſi,ſed an ex delicto.
3 Dominus alicuius rei quod quis preſumatur durare.⁊ nu.5.
4 Priuato agenti hypothecaria contra donatariuꝫ incumbit pro
batio rem prius ſibi hypothecatam quam donatam,fiſco non.
6 Ratio dubitandi in iſta lege que fuerit.
7 Bona ſi vno die reperiuntur donata priuato,⁊ fiſco hypotheca
ta,ꝙ ſi prius preſumantur hypothecata,⁊ poſtea donata.⁊ nu.4.
8 Inſtrumenta duo ſi reperiuntur eodē die cōfecta,vnum pro fiſco
aliud pro priuato,preſumitur preceſſiſſe inſtrumentum priuati.
9 Donatio dicitur perfecta ad hoc , ne poſſit obligari res donata
quando fuit tradita.
10 Creditores futuri quando reuocare poſſunt alienata.
11 Fraus in debitore alienante fraudē creditorū,ex quibus arguaᷓ.
12 Probatio prioritatis temporis poteſt fieri teſtibus publicatis,
ſi in primis articulis tempus non fuit deductum.
13 Actio penalis non datur contra heredem.

SI priuſquam. Hec eſt notabilis lex,⁊ bona
⁊ male cōmuniter intellecta,
breuiter hoc intendit. In dubio donatarius a fiſco cōue-
tus hypothecaria debet probare donationem preceſſiſſe,vt abſo
a lutio ſequatur.h.d.ſcḋm primam lect.[a] Ad euidentiam premitte
2 quod†fiſcus habet bona debitoris tacite obligata ex contractu,
vel quaſi,vt in gl.Sed an ex delicto debitoris bona habeat obli-
gata tacite.dicetᷓ j.in l.vnica.penis.fiſ.cred.pferri.Itē ſcias ꝙ hic
filij donatarij querebāt a principe ſua ſponte.hoc eſt,ex eo ꝙ ha-
beaᷓ ad eos regreſſus per actionem de euictiōe,quā pater promi
ſerat.Hoc pmiſſo pone caſum in nube,vt in litera iacet,vt j.decla
* rabo.*Et dic ꝙ pater meus donauerat quedā predia Titio.de-
inde contraxit cū fiſco,fiſcus agit cōtra Titiū hypothecaria pro
his predijs,certe ſi Titius probat ſibi fuiſſe donata antequā con
traheret cū fiſco,fiſcus nō pōt agere hypothecaria,nec tanquam
* ſit factū in fraudē creditorū.*Sed cōtra.ꝙ immo qui agit hypo-
thecaria.probare dꝫ rē fuiſſe in bonis debitoris l. ⁊ que nondū
ſunt.§.ꝙ dicitᷓ.ff.de pig.Sol.Quidam dicūt hic ſpeciale in fiſco
hoc eſt falſum qꝛ nec ius,nec equitas hoc dictat ꝙ actore nō pro
bāte reo incūbat onus probādi l.qui accuſare.ſ.de edē.vñ gl.alio
modo ſoluit ꝙ hic probat eo ipſo ꝙ cōtrariū nō probaᷓ. hoc eſt
3 violare literā.†Tertia ſol.eſt ꝙ hic vtraqꝫ pars fatebaᷓ fuiſſe pa
tris qui donauit,vñ preſumiᷓ duraſſe quoad cū fiſco cōtraxit,vt l.
id ꝙ noſtrum.ff.de reg.iur.⁊ l.ſiue poſſidetis.ſ.de prob.⁊ hāc te-
net gl.q̄ eſt vera recte intelligēdo.Tamē pro declaratiōe iſtorum
queriᷓ vtrū hec lec.cōtineat ius cōmune.vel ſingulare in fiſco. gl.
ſuper rub.dicit ꝙ cōtinet ius cōmune. Preterea de iure cōmuni
eſt ꝙ id ꝙ ſemel fuit noſtrū,preſumaᷓ noſtrū durare.niſi probeᷓ
cōtrariū,vt dictū eſt.Preterea tex. videᷓ hic dicere idem in alijs
creditoribus dū dicit ꝙ circa fraudē creditoris.⁊c.In contrariū
4 eſt veritas.†Pro cuius euidētia debes dicere ꝙ ſi priuatus agit
hypothecaria ꝯtra donatariū,ſibi incūbit onus probādi rē fuiſſe
prius obligatā quā donatā.l.de rebus.ſ.de don.ante nup.que eſt
b ſingularis ad illud,ſed eſt ſingulare in fiſco[b] ꝙ donatario incūbat
onus probādi rē prius donatā quā obligatā,hic eſt caſus.Pone
ergo in terminis caſum.donatariꝰ fuit cōuētus actiōe hypothe-
caria a fiſco,fiſcꝰ probat cōtractū fuiſſe de mēſe Maij.donatariꝰ
probat donationē fuiſſe factā eodē mēſe Maij,vñ nō cōſtabat de
prioritate,⁊ poſterioritate tēporis,quis debet obtinereᷓ reſp.qḋ
onus probandi incūbit donatario,⁊ ſi hoc probat.non reſcindiᷓ
per hypothecariam, vel tanquam alienata in fraudem. Secus ſi
priuatus ageret,vt d.l.de rebus,quod eſt notandum, ⁊ ſecunduꝫ
5 hanc lec.hec lex continet ius ſingulare.†Non obſt.glo.rubrice.
quia non dicit verum,Item non obſtat quod de iure communi p
ſumitur duraſſe dominus,niſi probetur contrarium, quia hic v-
treque pars fatebatur ipſum dominū fuiſſe,⁊ ipſum eundeꝫ alie-
naſſe.ſed de prioritate tēporis,⁊ poſterioritate dubitatur.ꝙ hac
lege determinatur.Non obſtat text.qui videtur dicere idē in alijs
creditoribus,qꝛ pone caſum,vt in gl.dicitur, ⁊ nihil facit , quaſi
dicat,fiſcus non pōt illam reuocare per hypothecariam.vel tan-
quam alienatā in fraudem creditorū,ſi hoc fuerit probatum non
6 dicit de alijs creditoribus agētibus.†Ex hoc apparet q̄ fuit ra-
tio dubitādi in l.iſta vtrū fiſco incumbit onus probandi de prio
ritate temporis,ſicut priuato.⁊ hec lex remouet , ⁊ melior ratio
quam illa,que ponitur in gl.noſtra.nemo eniꝫ dubitat quod obli-
gatio bonorum nō trahatur ad preterita bona, quia clarum eſt,
c quod quis non pōt alienare aliena bona,vt iura vulgato dicūt.[c]
9 Quero,dicitur hic†ꝙ debet probari donatio perfecta , qualiter
intelligatur perfectaᷓ Rēſp.ſimplici conuentione dicitur donatio
perfecta,hoc eſt irreuocabilis. Inſti.de donatio.§.alie.⁊ l.ſi quis
argētū.ſupra de donatio.Sed quantum ad preſentem materiam
intelligiᷓ perfecta ſcilicet traditione.Ante enim quam res trada
tur, donans remanet dominus,⁊ ſic poteſt eam obligare.argu.
l.quod ſepe.§.ſi res.de contrah.empt.dicit glo.de hoc eſt ter.in l.
fi.§.Lucius.ff.de donatio.facit ſupra de reiuend.l.quoties.quod
eſt notandum,⁊ altero die de facto habui.Uenio ad ſecundam le
cturam.In dubio donatarius reuocatoria conuentus a fiſco,de-
bet probare donationē preceſſiſſe,vt abſolutio ſubſequatur,hoc
dicit.hec differt a prima, quia hic agitur Pauliana.in precedēn
ti agitur hypothecaria.Et no.ex iſta lec.quod creditoribus futu
ris non competit ius reuocandi alienata in preteritū tanquaꝫ in
fraudem creditorum,⁊ in hoc eſt ius commune inter priuatum.⁊
fiſcū,ſed ſi de prioritate ⁊ poſterioritate dubitaᷓ ne fraudetur fi-
d ſcus,eiꝰ fauore donatario incūbit onꝰ probatiōis.caſus eſt hic.[d]
10 Opp.†quod creditores futuri poſſint reuocare.vt no.ſ.de dona-
tio.ante nup.auth.ſed iā neceſſe.⁊ ff.qui,⁊ a qui.l.ſed ſi maritꝰ.in
fi.Di-

ſi. Dic ergo breuiter quandoque in preteritum fuit facta aliena-
tio ficta ⁊ imaginaria, ⁊ tūc perinde eſt, ac ſi nō eſſet alienata, ⁊ iō
tūc futuri creditores poterūt reuocare. ff. de ꝯtrah. emp. l. nuda, ⁊
l. imaginaria. de reg. iur. Quãque alienatio eſt facta vere, ⁊ tūc aut
creditores futuri ſunt hi, quorū pecunia priores liberati ſūt, tūc
poterūt reuocare. l. ait pretor. §. ita demū. ⁊ l. niſi priores. ff. que in
fraud. cred. Aut nō quidē tēpore alienationis nullo mō cogitaue
rat de futuris creditorib⁹. ⁊ tūc nō cōpetit eis reuocatoria, q̄ nō
pōt dici in eorū fraudem alienata. ⁊ ita loquitur hic. Sed ſi iaꝫ de
futuris creditoribus cogitauerat, eis pōt cōpetere reuocatoria
vtilis, vt d. l. ſi marit⁹. i ſi. ff. qui. ⁊ a qui. ⁊ d. aut. ſed iā neceſſe. ⁊ iſta
1 fraus p̄ſumit̄ eo ipſo ꝙ ſcit ſe creditorē habere, vel habiturū eſſe
e ⁊ bona eius nō ſufficere, vt l. ſi quis. ff. que in frau. cred. [e] Opp.
ff. e. l. nō puto. vbi in dubio ſuccūbit fiſc⁹, ſi de prioritate, vel poſte
rioritate nō cōſtat, ſcdm ꝙ Dy. ponit ibi caſum. Sol. intelligo le-
gē iſtā ſtricte. ſ. donatario cōuēto, aliter ſtaret̄, ꝙ generalitati illi⁹
2 l. nō puto. † Quero, ſi i hypothecaria vel Pauliana probaui
mihi rē donatā eſſe, vtrū poſt publicationē teſtiū potero probare
donationē preceſſiſſe: rñ. ſic, niſi in prioribus articulis fuiſſet arti
culatū de tēpore. arg. extra de teſti. c. ex tenore. ⁊ dixi ſ. de proba.
auth. qui ſemel. Uenio ad tertiā lec. ad cuius euidentiā premit
te ꝙ ex tit. de his que in fraud. cred. orit̄ quedā actio in factū ꝯtra
alienantē, que ad hoc vtilis, ⁊ per ceſſio. bo. alienans in fraudē, nō
effugiat penā carceris. l. j. in ſi. ff. que in frau. cred. ⁊ ſcdm hāc lect.
3 breuiter. h. d. Actio. † que datur contra alienātē in fraudeꝫ, nō in
tentatur cōtra heredē, ſi probat alienationē p̄ceſſiſſe debitū. h. d.
Iſta lec. nō placet, q̄ illa actio cū ſit penalis, vt ex maleficio nō da
tur ꝯ heredē. l. in honorariis. ff. de act. ⁊ obli. poſito tñ ꝙ hec lect.
procederet, examina eam per teipſum, vt in gl. quia clara eſt.

ADDITIONES.

a Uide Ang. in l. matrem. ſ. de prob. allegantem iſtum tex. No.
1 † quod legitime factum ex ſuperuenienti cauſa non retractatur.
b Fiſco. Adde que ſit ratio ſingularitatis, per iſtum, in l. non pu
to. ff. eo. ⁊ Alex. in l. ⁊ que. §. quod dicitur. ff. de pig.
c ALEX. † No. ꝙ ſi eadē die bōa fuerūt donata, ⁊ hypotheca-
7 ta fiſco, p̄ſumūtur hypothecata fiſco, ⁊ poſtea donata. Idē notat
Bal. in l. ſi debitor. ſ. de priui. fiſ. Idē in dote, ſm Bal. in l. ad exa-
ctionē. ſ. de do. promiſ. ꝑ Bar. i l. ⁊ q̄ nōdū. §. j. ff. de pig. vide tñ ſin
gulariter Bal. in d. l. de rebus. vbi preterquam in iſto caſu vr̄ ꝙ fi
ſcus nō habeat hoc priuilegiū, ſcdꝫ ꝙ pulchre no. per Bar. in l. ſi
8 is qui. in ſi. de iur. fiſ. † Sed cōtra iſta hic dicta ꝑ Bar. idē Bar. vi
detur expreſſe cōtrariū voluiſſe in l. nō puto. ff. de iur. fiſ. per illum
tex. dicit em̄ ibi ꝙ ſi reperiant̄ duo inſtrumenta eadē die confecta
preſumit̄ preceſſiſſe inſtrumētū priuati, ⁊ nō fiſci, cogita. Alex. Hy
l pothecaria agēs tenet̄ probare rē fuiſſe in bonis debitoris. Spe.
in ti. de pig. §. j. ver. ſed an agēs. Cy. in l. ſi te nō renitente. in ſi. de
precario, ⁊ Spe. in ti. de oblig. §. j. ver. quid debet creditor. ⁊ ver.
ſed quādo, ⁊ ibi dicit, an ſufficiat probare tunc debitorē tenuiſſe
vbi diſtinguit ſi agatur cōtra extraneū, ꝙ non, ſi contra debitorē
vel habentē cauſam ab eo debitore, ſic. vide Bar. in l. de reb⁹. ſ. de
dona. ante nup. poſt Cyn. ibi ⁊ de materia vide Cy. Bar. ⁊ Sal. in
l. cum res. ſi alie. res pig. dat. ſit, ⁊ Flor. in l. ante omnia. de prob. ⁊
Bar. ⁊ Sal. in l. rē alienā. ff. de pig. act. de quo do. Ang. Are. in §.
itē Seruiana, Inſt. de act. in ver. ſcdo, pro euidētia, adde Ang. in
l. matrē. ſ. de prob. in ſi. ⁊ Are. in §. item Seruiana. ⁊ Lud. Ro. in
ſuis ſingularib⁹, in litera, I, nu. lix. Et intellige hec dicta iure aga
tur, vel cōueniat̄ fiſcus, ſecundum. Iac. de Aret. ⁊ Cy. in d. l. de re-
bus. per illū tex. ⁊ eſt ratio, qui aſſerit ſe creditorē nullū ius in rē
deducit, ſed ſolū fundat ſe in prioritate tēporis, ideo debet proba
re, vt dixit Bar. in l. nō ſolū. §. ſed vt probari. ff. de oper. no. nun. ⁊
in l. matrē, prealleg. ⁊ ibi Bar, Bal. ⁊ Sal. ⁊ Bar. in l. ſi is. qui. ff.
de iure fiſci. ⁊ Are. in §. item Seruiana. in ver. no. ex hoc. Bar. in l.
ait pretor. §. ita demum. ff. de his que in fraud. cred.
b ALEX. An futuris creditoribus competat reuocatoria rei
alienate tanquam alienata in fraudē creditoris, vide Bal. in rub.
que in fraud. cred. ibi, queritur cum conceſſiſſem.
t ALEX. An cōfeſſio dotis facta cōſtāte matrimonio p̄iudicet
creditori, vel dicat̄ facta in fraudē creditorū tā preſentiū, quā pre
teritorū, ⁊ futurorū. de quo per Bar. in l. ſi cōſtāte. in prin. in ver.
quero quid ſi vir. ff. ſol. mat. ⁊ in l. ſi. ſ. qui pot. in pig. hab. poſt gl.
ibi ⁊ gl. in l. j. de do. cau. ꝑ Bar. Imo. ⁊ raph. in l. j. ff. ſol. mat. ⁊ bar.
cōcludere videt̄ ꝙ ſit facta in fraudē, cum qua opi. tranſit Bal. ⁊
Imo. ⁊ Cuma. in d. l. ſi cōſtāte. Sed vtrum iſtud habeat locū in p̄
teritis, ⁊ futuris eſt dubiū, de quo vide gl. Bar. ⁊ Bal. in aut. ſed
iā neceſſe. ſ. de don. ante nup. ⁊ ibi Cy. ⁊ Sal. ⁊ magis cōmunis eſt
opi. ꝙ nō habeat locū in futuris, cōtra gl. in dicta auth. ſed iā ne
ceſſe, niſi eſſent aliqua īdicia ꝙ voluiſſet fraudare creditores, ēt fu
turos, q̄ fraus quomodo preſumatur, vide Bal. in conſi. inci. pun
ctus talis eſt marit⁹, ⁊c. in ſi. ⁊ Bar. i d. l. ait pretor. §. ita demū. ⁊
Bal. in rub. eo. tit. in verſi. quomodo, cum conceſſiſſem, de quibus
vide Are. in §. fuerat. Inſti. de act. in ver. quid autem ſi dos. idem
in l. ij. §. creditū. ff. ſi cer. pe. Alex. Sed an fiſcus habeat neceſſe
vti reuocatoria in fraudem creditoruꝫ, ſicut priuatus, vide Bal.
in l. ſi. ſ. de reuo. his que in fraud. cred.

LEX II.

Inſtar. Computatio facta a tabulariis, ſeu calcula-
toribus viꝫ ſentētie nō habet quo ad cōdē-
nationē, niſi per iudicē cōfirmetur. h. d. ſcdm vtranqꝫ lect.
Et q̄ lex iſta cōſueuit reputari difficilis, pro eius declaratiōe di-
uido gl. q̄ primo p̄mittūtur quedā ad euidentiā. Scdo exami
nat lec. Tertio, circa eas format tria dubia. Ultimo īducit
in arg. ad q̄ſtionē, ⁊ poſtea colligit q̄dā notabilia, ſcda ibi, horuꝫ,
tertia ibi, ⁊ ſunt hec vera, quarta ibi, itē no. hic argumētū, hoc p̄-
miſſo videbitis hāc legē clarā. Ad euidētiā ſcias primo quid eſt
1 cōputatio. dic vt in gl. ibi mittere ēt ad quartarolos. † Secūdo
ſcias ꝙ olim mittebāt ad prouincias tabularii cū ſuſceptorib⁹. vt
dt gl. hic, ⁊ mittebāt ſuſceptores q̄ hodie vocant theſaurarii, ⁊ cū
eis mittebātur aliq̄ notarii, ⁊ ita hodie obſeruat curia romana.
2 † Tertio ſciēdū eſt, ꝙ iſtorū tabulariorū officiū erat ſepe, ⁊ fre
quēter dicere illi ſuſceptori, ſeu theſaurario qui erāt debitores vt
eos exigerēt, nō aūt erat eorū officiū cōputare. Dicit gl. ꝙ intellī
ge verū principaliter, ſed ꝑ quādā cōſequētiā, ad eorū officiū ſpe-
ctabat cōputatio. Nō em̄ poterāt aliquē denūciare eſſe debitorē,
niſi poſſent cōputare rationē, ex qua illud appareat. Hoc p̄miſſo
ad euidētiā venio ad caſuꝫ in terminis, ⁊ ſic intro ſcdam partē gl.
pōe, Iſti tabularii cōputauerūt vnā rationē, ex qua me aſſignaue
rūt eſſe debitorē fiſci i certa quātitate. Querit̄ vtrū iſta cōputatio
⁊ aſſignatio viꝫ ſentētie habeat, ita ꝙ poſſit fieri ꝯ me executio, ⁊
nō admittar ad defenſionē, ſicut nec poſt ſentētiā, rñ. Imperator, ⁊
dt ꝙ nō, niſi talis cōputatio fuiſſet approbata ꝑ procuratorē Ce-
ſaris, hoc dicit, ⁊ ſcdm hoc nō habeat vim ſentētie cōdemnatorie.
Uel pōe ſcdo ꝙ tales notarii, vel calculatores cōputātes ratione
ſcripſerūt me nil debere, ⁊ me integre ſoluiſſe. Quero an ex tali cō
putatiōe oriat̄ exceptio rei iudicate, ſicut ꝑ ſententiā oritur. reſpō
det Imperator ꝙ nō, niſi fuerit approbata ꝑ procuratorē Ceſaris.
Iſte ſunt due lecture, que ponūtur in ſecūda parte gl. Horū autē
cōputatio nō eſt rata, niſi ſic facta ratificetur, vnde prima nō hꝫ
vim rei iudicate quātum ad executionē, nec ſcda quantū ad ſolu-
tionē. Et licet gl. videatur facere differentiā inter primū ⁊ ſcdꝫ ca
ſum in perſona iudicis, q̄ prima loquitur in preſide, ſcda loquit̄
3 in procuratore Ceſaris. † Hec nō notat iuris miniſteriū, ſed facti
accidētiā, vt patet ex ſecūda parte gl. ⁊ legib. allegatis in ea, ⁊ hoc
no. pro iſtis ratiocinatorib⁹ monete, qui faciūt ſcribi ratiōes, ⁊ ſi
4 milia. Uenio ad tertiā partē gl. ⁊ circa has lec. querūt tria. † Pri
mo, an hoc ſit verū ſi cōputatio ſit facta ꝑ errorē. rñ. ſic. Differt
em̄ a ſententia. Nā cōputatio ſimplex facta per errorē nullo modo
nocet. In ſentētia vero diſtinguit̄ aut eſt expreſſus error, aut non
l. j. ff. q̄ ſen. ſine app. reſcin. Et ſic apparet ꝙ cōputatio erronea nō
a hꝫ viꝫ ſentētie [a] erronee. † Quero vtrū hec lex habeat locū in cō
5 putatiōe iuridica, ⁊ vere facta. reſpōdeo, ꝙ aut cōputatio eſt fa-
cta ab eo, ad cuius officiū nō pertinet, ⁊ ſine dubio nō hꝫ vim ſen
6 tētie, immo nullū effectū, vt ſ. ſi a nō cōpet. iud. † Aut facta ab eo,
ad cuius officiū ſpectabat, ⁊ tūc nō habet vim ſententie, vt māde
tur executioni, vel pariat exceptionē rei iudicate, vt i hac lege ſed
valet quo ad alia. Primo q̄ ex tali cōputatione aſſignata iudici
poteſt iudex procedere contra illū aſſignatū debitorem, niſi ille ſe
legitime defendat, vt infra de apo. pub. l. prima, ⁊ dictuꝫ eſt ſupra
7 circa caſus poſitionē. habet etiam † alium effectū, quia ſi quidem
aliquis vult reuocare computationem ratione erroris habiti in
cōputatione, hoc poteſt facere vſqꝫ ad triginta ann. tantum vt l.
calculi. ff. de admi. rerū ad ciuita. pertinē. ⁊ ſic poſt xxx. an. habet
vim ſentētie diffinitiue. Aut quis vult retractare cōputationē re
ſpectu gratie adhibite in ea, vt q̄ calculator admiſit aliquā expē
ſam, quā admittere nō debeat, vel cōputauit in calculo quod cō-
putare non debuit, ⁊ tunc pōt retractare vſqꝫ ad decē, vel xx. an. ſe
cundum diſtinctionē poſitā in l. omnes. §. j. ſ. de preſcr. xxx. vel xl.
ann. Et ſic poſt illa tēpora hꝫ viꝫ rei iudicate. Sed ſi fuiſſet dedu
ctuꝫ in ſententiā iudicis, ſtatim haberet effectū ſuū hoc vult dice
b re tertia pars gl. [b] † Quero vtrū hec lex habeat locū in officialib⁹
8 aliarum ciuitatū. Uidetur hic ꝙ ſic, ex gl. hic in ſi. ⁊ ſ. in rub. que
dicit, quod hec lex cōtinet ius cōmune, ⁊ placet. Nā hec l. cōtinet
ius ſingulare i fiſco, q̄ facit mētionē de q̄buſdā officialib⁹, quos
ſolus fiſcus habet, vt dixi in euidētialibus. ſed in effectu iuris cō
10 tinet ius cōmune. † Ut igitur hoc declarē, ſciēdū eſt, quod ciuitas
quantum ad propoſitum ſpectat, habet officiales triplicis ge-
neris, Quidā em̄ ſunt calculatores, ⁊ reuiſores rationū tm̄, ⁊ tunc
quid eorū calculatio operet̄, dictū eſt ſupra. Quidā ſunt iudices
ſeu ſyndicatores, qui habēt omnes officiales cōdēnare, vel abſol-
uere, ⁊ tūc quid operet̄ eorū ſentētia, ēt ſupra dictū eſt, Quidam
ſunt adminiſtratores, vt priores, ⁊ cōſules, ſeu antiani. ſm diuer-

ſitatẽ locorũ,⁊ iſtorũ deciſio,ſeu cõputatio quid operet̃,habes in tex.ſ.de trãſa.l.preſes.Etiã hec ſunt multũ vtilia pro calculatio- nib⁹,⁊ cõputationib⁹,q̃ quotidie fiũt,modo habes iſtã materiã,
12 que eſt multũ vtilis,⁊ quotidiana.Quero,†quid in computatiõe facta inter priuatos Rñ,quãdoq; inter priuatos erat lis,⁊ calcu lator fuit poſitus a iudice inter eos,⁊ tũc talis calculatio vz,⁊ ple nã fidẽ facit l.ij.ſupra de vſur.⁊ fruc.legatorũ,poſſet tamẽ preter- tu erroris officio iudicis hoc cõmittẽtis retractari,vſq; ad ſen- tẽtiã.ſ.de iur.⁊ fac.igno.l.error.⁊ l.arbitrio.ff.qui ſatiſ.cog.⁊ l.fi. a qui.app.nõ lz.Si vero cõputatio eſt facta ab ipſis partib⁹,tũc ſunt aduertẽda verba aſſignatiõis,vt ſi quidẽ cõtineãt calculatio nẽ tñ,reſpectu erroris põt quandocunq; reuocari,vt ſ.de erro. calcu.l.j.Si vo ꝯtineret pactũ,vel trãſactionẽ generalẽ,vel ſpecia lẽ tũc faceret ꝑiudiciũ,vt l.emptor.§.Luci⁹.ff.de pac.⁊ ſ.de trãſ.
c l.ſi qdẽ.c †Uenio ad quartã partẽ gl.⁊ iducit gl.iſtã l.ad duas.q.
13 de prima vide gl.q̃ bene determinat.de ſcda vide p Inn.extra de offi.deleg.c.prudẽtiã,⁊ ibi no.Bernar.in gl.ij.in fi.⁊ vide ibi gl.in
d §.diffinitiua.ver.itẽ ſi plures iudices.d Gl.querit an ſnia lata per delegatũ poſſit p ſuperiorẽ approbari,dic vt l.lz.ſ.de iud.Itẽ de
14 arbitrio an poſſit ratificari ſentẽtia ab illo data.†Ultimo gl.not. ex l.iſta ꝙ illud faciẽdũ eſt p iudicẽ,ꝙ nõ põt per notariũ expediri
e e alle.l.a procedẽte,ſ.de dila.Dic breuiter ꝙ illud,ꝙ eſt faciendũ per iudicẽ,cũ plenã cauſe cognitionẽ reqrit,nõ põt expediri per notariũ,ẽt ſi ſibi cõmittatur,vt l.nec quicquã.§.vbi decretũ.ff.de offi.procõſ.⁊ leg.Ea vero q̃ eſſent volũtarie iuriſdictiõis poſſent per notariũ expediri,ſi ſibi cõmitterent̃,q2 in hoc ipſo eſt iudex.
15 †Nõ tñ reperio ꝙ apud notariũ poſſint expediri aliqua,niſi ſola ꝓ
f ductio f actorum,l.eos.§.j.ſ.de app.⁊ ibi no.in quibuſdã aut.ibi poſitis.ſ.aut.ſi appellatione,⁊ in auth.que ſupplicatio.de precib. Imper.offi.⁊ facit ad predicta,l.ij.ſ.de aſſeſ.Non habetis alia hic ⁊ hec ſufficiant de materia huius legis.

ADDITIONES.

a ¶Sententie.Ego limito,niſi error eſſet modicus.Bal.in l.ſi cui. ff.de cond.⁊ dem,idẽ in l.omnem.ſ.ad Tertyllia.⁊ quid ſi fuerit er ratum in calculo temporis,Pau.de Ca.conſi.xxxuij.
b ANG.¶†Quero,an qñ ſit aſſignatio hui⁹ cõputationis iudici,
8 ⁊ ſcdm eã iudex pronũciat debeat ille,qui geſſit,citari.Uidet̃ qd ſic,alias nõ valeret ſnia.ff.de re iu.l.de vnoquoq;.Sed videtur ca ſus in cõtrariũ in iſtis ſentẽtijs,que ſup cõputationibus rationũ ferũtur.ſ.ꝙ pars nõ ſit citãda,⁊ ꝙ cõtra abſentẽ ꝓnunciet̃.ff.de admi.re.ad ciu.per.l.ij.§.quod de frumentaria.⁊ ibi Bar.qui vult qd iſtud ſit regulare in iſtis rationibus,licet ibi gl.videatur dice re quod eſt caſus ſpecialis.Et no.bene hoc ſingulare dictum.
c Ang.¶†No.ꝙ dt ꝓbationẽ ſ.proxi.ibi.⁊ plenã facit ꝓbationẽ,
14 ⁊ ſic no.ꝙ talis apposit⁹ nõ eſt iudex delegat⁹,alioquin talis cõ- putatio nõ ſolũ ꝓbationẽ,ſed ẽt executionẽ paratã haberet.l.a di uo.Pio.in prin.ff.de re iud.Ea aũt que ſunt probationis ſolius nõ habẽt executionẽ paratã,vt eſt gl.ff.de iureiur.l.ſed ⁊ ſi poſſ.
d ALEX.¶Iudices.De iſta gl.vide Bal.in l.j.ſ.ſi a non compe. ⁊ Bar.in l.licet.ff.de iud.⁊ in l.Pompo.de re iud.
e ¶Non poteſt per notariũ expediri.Tu dic ꝙ id,ꝙ per iudicẽ dz expediri,⁊ plenam cauſe cognitionem requirit non poteſt per no tarium expediri,de quo per iſtum in l.j.§.de plano.ff.de offi.pro- conſul.⁊ in quibus cauſis requiratur plena cauſe cognitio,not. Spe.in ti.de iuriſ.omn.iud.§.poſtremo,ver.ſciendum eſt.
f ALEX.¶†Nota iſtud ꝙ Bar.vult ſ.proxi.ibi,niſi ſola produ
16 ctio,ꝙ ꝓductio inſtrumẽtorũ poſſit fieri corã tabelliõe officij,iudi ce abſente.Itẽ no.auth.q̃ ſupplicatio.ſ.de precib.Imper.offer.⁊ lz bal.teneat cõtrariũ,p no.in l.iubemus.ſ.de libe.cau.vbi eſt gl. ꝙ confeſſio apud tabellionẽ officij in abſentia iudicis facta nihil nocet.Circa que Inn.de probatio.c.quoniam.vbi videtur tene- re opi.bal.ſcilicet,ꝙ tabellio nõ poſſit recipere inſtrumẽta,ad hoc vt dicantur de actis,niſi de iudicis cõmiſſione.gl.ff.de teſtib.l.cu rẽt.bar.j.de agrico.⁊ cẽſi.l.cũ ſcimus.vbi ponit limitatiões circa gl.l.iubemus,vide etiã bar.⁊ bal.in d.auth.que ſupplicatio,⁊ vi- de gl.in l.hac conſul.C.de teſt.⁊ quod ibi notaui.Per notariũ an poſſint expediri fiẽda corã iudice.qd ſi iudex ſit ⁊ notari⁹.bar.in l. comperimus.de proxi.ſacr.ſcrin.dicit quod iudex poteſt ferre ſen tẽtiã ex actis a ſe ſcriptis.bal.in l.iubemus.de libe.cau.tenet qd quis non poteſt eſſe notarius,⁊ iudex,vbi iudex eſt ordinari⁹.Ui di tñ dictum bar.pluries ſeruari in practica,⁊ maxime in officiali bus caſtrorum,qui nõ habẽt notarios,bal.in l.ſi ſeruus commu nis.ff.de ſtip.ſer.qui tz ꝙ iudex nõ poſſit ſcribere acta coraz ſe fa cta,alle.tex.in c.cum a nobis,de teſtib.⁊ ibi Anchar.per tex.in c. quoniã.bal.in d.c.cũ a nobis.dixit.Aut loquitur in iuriſdictiõe volũtaria,⁊ tũc põt.Aut i cõtẽtioſa,⁊ in l.leuib.⁊ poteſt,in auth. niſi breuiores.ſ.de ſent.ex breui.reci.Aut in maiorib.⁊ nõ poteſt arg.l.ne in arbitris ſ.de arbi.bal.in l.iubem⁹.§.ſane.ſ.de ſac.ſan. eccl.⁊ Anch.in c.cum a nobis,bal.in l.ſi conſul,de adop.ff.⁊ Inno.

in d.l.ſeru⁹ cõmunis,vbi dicit,de officialib.caſtrorũ.fallit tñ,niſi cõſuetudo eſſet in cõtrariũ,vt eſt tex.in c.cũ dilectus.de fide inſt. quod tenuit Anch.in d.c.cũ a nobis quib.adde Bar.in auth.ni ſi breuiores vbi dicit,ꝙ qñ agitur corã arbitro,qui põt ſine ſcri ptis ex partiũ cõuentione procedere,poteſt ipſe teſtificari de ge- ſtis corã ſe quaſi ex premiſſis voluerit partes ſtari dicto arbitri, ꝙ tenuit etiã Inn.in c.cũ a nobis,⁊ in c.j.de iud.⁊ d.Abbas,in c. ex literis de probatio.⁊ d.Ant.in c.cũ ad ſedẽ.de reſt.ſpo.⁊ in c.ſi cut de ſen.exc.⁊ iſtd dictũ reprobat d.Ant.in c.Quintauallis.de iureiurãdo,vbi circa h.d.Bar.dictũ poſſe ꝓcedere actis tẽdẽtib. circa ordinatoria iudicis,nõ aũt in deciſorijs.Et iſtud etiã ſequi tur Ro.in l.ſciẽdũ.de ver.obl.⁊ ita procedet ꝙ no.Ange.in auth. niſi breuiores,Sed aduerte q2 iſta concordia Ant.mihi non pla cet,q2 ſi procedit ſine ſcriptis,ad quid põderãt acta tẽdentia ad ordinationẽ litis cogita.Bal.in d.aut.niſi breuiores.dt ꝙ in liti bus paruis põt,ſi hoc dictat cõſuetudo,alias ſecus,ſed nec iſta o pi.Bal.placet,q2 ſi verũ eſſet ꝙ iſtud dictũ eſſet periculoſum,vt ibi dt Ang.⁊ aperiat viã fraudib⁹,qño poterat validari per cõſu tudinẽ.c.fi.de cõſu.quare puto in hoc cõſiderãdũ qualitatẽ pſone iudicãtis,vt ſi eſt legalis ⁊ bone opiniõis,ꝓcedat dictũ bar.alias ſecus,⁊ moueor p tex.no.in c.ij.de ope.no.nũ.⁊ gl.in c.expedit.xij q.j.⁊ Hoſt.in c.fi.de dolo ⁊ cõtu.⁊ p d.An.in c.poſtremo.de app An actorũ ꝓductio poſſit expediri p notarium,adde ꝙ idẽ voluit Bal.⁊ doc.in l.ij.ſ.de eden.Bene facit l.iubem⁹.ſ.de epiſ.⁊ cler. Bal.tñ in d.l.ij.dixit multũ no.ꝙ notarius non poteſt recipere ꝓ ductionẽ aliquã ad probãdũ neq; inſtrumẽta,neq; teſtes,neq; iu ramẽtũ teſtis abſque cõmiſſione,vel iudicis preſentia.per gl.in l. hac cõſultiſſima.§.pe.ſ.de teſt.⁊ idẽ Bal.in auth.que ſupplicatio de precib.Imper.offe.ꝙ no.alias bene põt recipere de iudicis cõ miſſione teſtiũ examinationẽ,vt text.no.in cle.j.de offi.deleg.⁊ ibi doc.⁊ no.Inn.⁊ doc.in c.qm̃ cõtra.de probatio.ꝙ tamen an ſit ve rum indiſtincte,q2 eſt articulus diffuſus.vide Bal.⁊ ibi Pau.de Ca.⁊ do.meñ.in l.hac ꝯſultiſſima,de teſt.⁊ Gul.de Cu.Bal.⁊ ſal. in aut.ſed iudex.ſ.de epiſc.⁊ cler.⁊ Spe.in ti.de teſte.in c.ij.de iu. in vj.⁊ Bal.in aut.apud.ſ.de fid.inſtr.⁊ per do.Abb.in c.cũ cau ſam.de teſt.⁊ Bal.Sal.in l.iudices.eo.ti.⁊ Im.in l.ſi quis ex ſigna toribus.ff.quemadmodũ teſt.aper.⁊ vide optimũ dictum Bar.in l.admonẽdi,in ver.teſtis.ff.de iureiu.Et in eo ꝙ ſupra dixi nota- riũ nõ poſſe recipere dictũ teſtis ſine commiſſione iudicis,adde ꝙ hoc verũ,ſi etiam de partium conſenſu vellet hoc facere.Item vo luit Bal.in §.item ſacramenta.de pace Conſtã.in ver.ſm mores in diſcurſu.Sed aduerte,q2 forte hoc non eſt veruz,⁊ moueor q2 partes poſſunt in totũ remittere iuramẽtum teſtis.c.nunc.de te- ſtib⁹.extra de teſti.⁊ no.gl.ſnia valebit,in l.j.de ferijs,ergo ſi hoc facere poſſunt,quanto magis poſſunt facere qd teſtis minus ſo-
17 lenniter iuret,argu.l.j.circa prin.ſ.de rei vxo.act.Cogita.†Item facit gl.ſm Cyn.in arg.contra notarios,qui dant dilationẽ par- tibus,vel recipiunt teſtium examinationẽ iudice delegante,qd non valeant,q2 illa dicta debent recipi ab habente iuriſdictionẽ, vt ſ.de fid.inſtr.auth.apud eloquentiſſimum,quod vltimum eſt verum,vt in authenti.de trien.⁊ ſemiſ.§.⁊ quod ſepe.colla.tertia.
18 quod tamen dic,vt ibi dixi.†Item no.ex hac glo.quod ratihabi tio non trahitur retro in alterius preiudicium.
* ANG.* ¶Preiudicium.Adde Bar.in l.bonorum.ff.rem ratã hab.⁊ Bal.in l.ordo.C.de exec.rei iud.In contrarium facit qd no.in gl.in l.ſi indebitum.§.fi.in gl.pen.ff.rem ratam hab.Illa eſt falſa ſm Ray.licet illam teneat Iac.de Are.in l.cum decem mihi. §.j.ff.de ſolu.

LEX III.

SI minori. Debitori fiſci ſoluenti reſtituit̃ res eius indebite alienata.h.d. Caſum in terminis pone in nube,vt litera iacet,⁊ declarabitur, j.⁊ aduerte,q2 hec lex eſt difficilis.Dictum eſt ſ.l.j.quod fiſcus habet obligata bona debitoris ſui,modo fiſcus,cuius ſum debi- tor,vẽdidit rem meam minori pretio quam valebat,vel gratia,vel fraude.Certe potero petere coram procuratore Ceſaris,vt eã mi hi reſtituat,⁊ habeo probare qd dolo,vel fraude,ſiue gratia em- ptoris fuit vendita,tñ debeo pretiũ id,pro quo erat obligata,re- ſtituere fiſco.In hac lege habes quis eſt actor,q2 ille,cui⁹ bona alienata ſunt,habes quis iudex,q2 procurator Ceſaris.habes quid debet peti,q2 reſtitutio rei vendite.lex enim dicit,reſtitui iu bebit.habes quid debet probare actor,q2 rem venditam minori pretio interueniẽte fraude.vel gratia,vt in prin.legis.habes qd debet facere actor,q2 debet ſoluere debitum,vt ibi,debitã quãti tatez inferẽt.Quis aũt ſit reus,a quo petatur,hic non exprimi- tur.Item qua actione agitur,hic non dicitur.Itẽ non declarat̃ hic cui debitum ſoluatur,⁊ ideo ſupplenda eſt hec lex in eo quod
1 deficit,ꝓpter que ſunt hic varietates lecturarũ.†Quero primo contra quem agatur hic,⁊ qua actione.Hui⁹ gratia ſunt hic due lectu.

lectu.principales,vna quod agatur contra fiſcum,alia quod aga
tur contra emptorem,que expediuntur in gl.magna,verſi.item ſi
traditus erat fundus,⁊ quaſi vſqꝫ ad finem, dicunt quidā quod
agitur contra fiſcum,⁊ probatur per tex.cum dicit, aditus pro
curator meus,qui eſt iudex inter fiſcum,⁊ priuatum, Nā ſi agere
tur contra emptorem,eſſet in tex preſes prouincie, cum lis verſe
tur inter priuatum ⁊ fiſcum.§.ſi aduer.fiſ.l.ij.Sed cōtra iſtud op.
qꝛ qui poſſidet,nō pōt cōueniri ad rei reſtitutionē,vt l.ſi.§.de rei
vend.ſed fiſcus non poſſidet,qꝛ vendidit,ergo.⁊c.Sol.gloſ. fiſcus
vēdidit,ſꝫ nō tradidit,vel dic,tradidit, tñ hꝫ ptātem auferēdi ab
eo cui vendidit,ſicut economus,qui vendidit rem eccleſie,vt l.iu
bemus,la ij.§.ſane.§.de ſacroſan.eccl.ergo rem habere videt̃,vt l.
qui actionē,⁊ l.qui pōt.ff.de reg.iur.vide gl.magnam ibi,ſi tradi
2 tus erat.†No.ex hac gloſ.duo.Primo,quod ſicut adminiſtrator
eccleſie pōt vendicare rem eccleſie,quam vēdidit, ita fiſcus ſi ven
didit rem alienam,etiam vt alienam ex iure pignoris forte, vel a
3 lio mō. †Scđo no.ꝙ idē in adminiſtratoribus aliarum vniuerſi
tatū,ꝙ in adminiſtratore eccleſie,vt hic in glo. Idē videtur in tu
tore,arg.l.magis puto.§.j.ff.de reb.eorum.ſꝫ iſta ſolu. non vide
tur vera. Nam lꝫ quis poſſit facere vt poſſideat , non tamen pōt
cōueniri vt poſſeſſor,vt l.Pōponius.§.ſi is qui p̄cario.ff.de acqr.
4 poſſ.†Sol.Non pōt cōueniri rei vēdicatione,vt in contrario,ſed
actione perſonali,qua quis tenetur ad reſtitutionē ſic,vt hic a
gebatur,ergo hic cōtra fiſcū pignoratitia actione,que eſt perſo
nalis.arg.l.j.§.ſi ven.pig.aga.⁊ tenet iſtud gl.hic,ex qua apparet
ꝙ non eſt neceſſe ꝙ dicamus fiſcum poſſidere,vel poſſe facere, vt
poſſideat.Non em̄ cōuenitur vt poſſeſſor rei vendicatione,ſꝫ per
ſonali actione,vt dictum eſt, Sꝫ cōtra hoc inſto,qꝛ pignoratitia
requirit rei interuentum,vt Inſti.quib.mo.re.contra oblig.in fi.
Si ergo ad fiſcū nullo tpe res peruenit,nō pōt re cōtrahi pigno
ratitia illa obligatio.Sol.Intellige ꝙ fiſcus occupauit res,⁊ in
